

4



Jc. 47^a.

I. L. E. PÜTTMANNI

ANTECESSORIS LIPSIENSIS

D E

FEVDO CABALLINO

QVOD VVLGO

KLEPPERLEHN

VOCANT

D I A T R I B A

L I P S I A E

A P V D SIEGFR. L E B R. C R V S I V M

M D C C L X X I I I



D I A T R I B A
DE
F E V D O C A B A L L I N O
Q V O D V U L G O
K L E P P E R L E H N
D I C V N T



Inter varias Feudorum species, quarum nonnulli centum et ultra numerant, refiri etiam meretur feuduū, quod vulgo Klepperlehn vocant, nobis autem feudi caballini nomine, ad exemplum bursatici, castrensis, culinarii, insignire placuit, de quo cum filere fere soleant, qui feudorum iura enarrant, adeo, ut multis ne nomine quidem notum esse videatur, ecquis vitio nobis vertet, si de eo litteris nonnulla consignare audeamus? Quodsi de inuestituris et seruitiis feudorum ludicris exposuisse dedecori haud fuit **I M M . W E B E R O**, cur nos

A pudeat,

pudeat, de re in ipsa etiam patria haud paucis locis
obuia differere?

Dicimus autem feudum caballinum, scilicet Klepper-lehn, feudum ignobile, cuius possessor domino directo caballum ad expeditionem vel alios usus, aut eius loco frumentum, plerumque certos modios auenae, praestare tenetur. Ratio nominis petita est a germanico Klepper, seu equo, qui corripit gradum, et passus duplikat, quando scilicet, ut VIRGILIUS ait *Aen. VIII.* 596.

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

De origine vocabuli ita IO. GEO. WACHTER in *Glossario Germanico* pag. 848. *Klepper significare potest vel cursorem, ab antiquo hlauffan, currere, mutato H. in K. vel celetem, qui vngula campum quatit, a Klop-sen, pulsare, vel equum sarcinarium, si Scandicae originis sit. Verel. in Ind. klif, sarcina, klifia sarcinam clitellis imponere, quae quidem fortasse morosus aliquis inter suavia somnia retulerit.* CHRIST. GOTTL. HALTAWSIUS in *Glossario Germanico* p. 1100. scribit, nomen ortum esse a celeri correptorum passuum sonitu, additque, talibus equis plerumque seruos insidere.

dere. Mihi a vocabulo *klappern*, i. e. crepitare, sonum edere, descendere, eandemque cum verbo *Klapperiagd*¹⁾ originem habere videtur. Occurrit vocabulum Klepper non in lege solum Imperiali, quae sub titulo Reuterbestallung Spirae anno 1570. prodiit, vbi sancitur: es soll keiner einig gemustert und gut gethan reisig Pferd oder Troßklepper in Wagen spannen, sed etiam in resolutione, quam vocant, grauaminum Saxonica, anno 1612. emissâ, Tom. I. Cod. August. p. 189. vbi ita legitur: Was derer Postklepper halber beschwerungsweise angezogen worden, ist unsre Meinung nicht, dass dieienigen Räthe in Städten, welche uns keine Postklepper zu halten verpflichtet, denen durchreisenden Postreutern und andern verschickten Hofdienern, ob sie gleich richtige Patente haben, Pferde vorzuziehen schuldig seyn sollen.

A 3

Differt

1) De venatione, quae vulgo vocatur *die Klapperingd*, i.e. quae cum strepitu atque fragore per agitur, dissertatio exstat GEBH. CHRIST. BASTINELLE-RI, (Vitemberg. 1754.) qui eam ita describit: *Ad hunc modum vendandi instruendum congregatur hominum canumque multitudo, voca-*

ferantur homines, incitantur canes venatici, instantur cornua venatoria, concutiuntur arbores, exploduntur bombardae, et ita turbis miscentur omnia, ut omnes ferae latibilis excutiantur, vnumque in locum compulsae capiantur et occiduntur.

Differt autem eiusmodi equus ab equo generoso ²⁾,
qui, ut eleganter VIRGILIUS *Georg.* III. 76.

*Altius ingreditur, et mollia crura reponit:
Primus et ire viam, et fluios tentare minaces
Audet, et ignoto feso committere ponti:
Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix,
Argutumque caput, breuis aluus obesaque terga,
Luxuriaque toris animosum peclus.*

Romani etiam distinguebant equum generosum a caballo, seu equo vili et parum generoso, qui a graeco καβάλλειν s. καταβάλλειν ita vocatur. Huiusmodi caballis olim maxime vtebantur in pistrinis, meminitque eorum POMPONIUS in *I. 15. D. de instr. et instrum. leg.* Si ita testamento scriptum sit: quae tabernarum exercendarum, instruendarum, pistrini, cauponae causa, facta parataque sunt, do lego: his verbis Seruus respondit et caballos, qui in pristinis essent, et pistores,

et

2) Alii etiam sunt equi cataphracti, siue, ut vulgo vocantur dextrarii, de quibus ita FLEISCHER. *Inst. Inv. Feud. Cap. VII. §. 33.* Propter magnitudinem ingentem ad equitandum non erant commodi. Ferebant enim non solum onus cataphractarum, sed etiam

seffores, itidem armatura onus. Inde etiam plerisque vocabantur Hengst et Waranniones in LL. Salicis, quum robustiores essent. Warren enim docente Eccardo ad LL. Salicas notat bellum, et renne equum admissarium.

*et in cauponia infitores, et fotoriam, mercesque, quae
in his tabernis essent, legatas videri.* Quia autem ca-
balli vocabulo apud veteres vilis plerumque equus signi-
ficabatur, factum est, ut poetae maxime satyricique
eo verbo delectarentur. Ita *praetor caballorum praedo*
occurrit apud IV VENALEM Sat. II. v. 195. qua de re
diximus *Interpr. et Obs. Libr. Sing. Cap. IX.* Recte
tamen nuper monuit IO. CHRISTOPHOR. A M A-
DVCIVS ad *Leges Nouellas V. anecdotas Impp. Theo-
dosii Iun. et Valentiniani III. Romae 1767. p. 153.* ver-
bum *caballus*³⁾, etsi olim de viliore equo usurpatum,
deinde etiam de quolibet equo adhiberi consueuisse.
De verbis *equus* et Pferd ita G. MASCOVIVS in
Prolus. de redhibit. equor. Goetting. 1738. *Dicitur is
alludentibus equus, quia iniquus esse non solet aequo ve-*

A 4

Etior,

3) A caballo nomen habet *caballatio*, cuius mentio in l. 34. C. Theodos. de erogat. milit. an-
non. Quod verbum in nouissima
editione operis praestantissimi
BARN. BRISSONII de
Verb. Sign. p. 142. laudato eam
in rem IAC. GOTHOFRE-
DO, exponitur *munus atendi equos
publicos*. Hic autem in *Commen-
tar. ad d. l. Tom. II. p. 329.* scri-
bit: *Caballatio procul dubio hic*
*idem cum capitatione, seu capito
et pabulo caballi, s. animalis —*
*Caballatio, quae pro caballo data,
exacta. Eadem ratio nominis Camelati-
si, cuius mentio in l. vlt. §. II. D.
de munere.* Neque vero sic soli
ἄνθετοι illius editionis Heinec-
ciana desideramus. Idem enim
nuper fecit V. Cl. PETR. LV-
CRET. STRVCHTMEYE-
RVS in *Epist. Crit. in Glossar.
nom. p. 5.*

*glori, dicitur Pferd, non allusione tantum, sed etiam
 veriusbio, quia gestari ab eo solemus, est enim gestare
 Germanis baaren, unde radix Belgica Paard.* Ceterum de equis Romanorum publicis praeter BRISSE-
 NIVM de V. S. p. 397. aliosque exposuit IO. E-
 R-
 HARD. KAPPIVS in *Diss. de annua equitum Romano-
 rum transfuectione*, Lips. 1734. Meminit eorum VLP-
 IANVS in l. 2. D. de in ius voc. negans, in ius vo-
 cari posse eum, qui equo publico in causa publica
 transfuehatur. Vt ebantur scilicet olim equis publicis
 non equites tantum, sed interdum etiam alii. Conf.
 ANT. HENR. VAN HEES in *Diss. de iis, quae an-
 tiqu. ap. Rom. int. litigat. ant. lit. cont. fieb.* §. 22. et
 H. I. ARNTZENIVS in *Diss. ad d. l. 2. Cap. 7.* eius-
 dem *Miscellaneis* adiect. LIVIVS I. 43. refert, olim
 viduas adeo equos alere debuisse, *ad equos*, inquiens,
 emendos dena millia aeris ex publico data; et quibus
 equos alerent, viduae attributae, *quae bina millia aeris*
in annos singulos penderent. Neque hic filebo, quod
 apud PETR. BVRMANNVM de *vebilgal. P. R.* p. 146.
 nuper legi: *Immo et saepe agros et pascua data priua-
 tis ea lege, ut equos praestarent, ut alia ad rem bellicam
 necessaria, ostendit eruditus Commentator ad Marm.*

Oxon.

Oxon. pag. 46. vbi in antiquo monumento occurrit κλῆρος ἵππικός, et similes fuisse hos agros hodiernis feudis credit.

Sed haec παρέεγως. Postquam enim de ratione nominis feudi caballini exposuimus, age iam in originem eius atque naturam inquiramus. Origo sine dubio repetenda est ab illis temporibus, quibus vasalli ad seruitia militaria praestanda euocabantur ⁴⁾. Recte
IO. IAC. MASCOVIVS in *Libr. de Iur. Feud. Cap. XI.*
 §. 10. scribit, praecipuum vasalli seruitium semper fuisse, equo mereri, ab eoque seruitio in Germania nomen habere das Ritterpferd, quasi dicas equum, quo vasallus domino seruitium praefstat. Seruire autem olim tenebantur vasalli dominis suis contra omnes, solo excepto Imperatore, et domino antiquiore, adeo, ut
2. Feud. 28. §. vlt. scriptum legamus: *Contra omnes debet vasallus dominum adiuuare, et contra fratrem, et filium, et patrem, nisi contra alium dominum antiquorem, hic enim ceteris est praferendus.* Quid audio *contra patrem?* Nonne, ut **10. SARESBERIENSIS** in

A 5

Policrat.

4) Litteras euocatorias, a D. Friderico Augusto anno huius seculi secundo et quarto emissas, vid. in *Cod. Augst. Tom. I. pag. 2308. sequ.*

Policrat. Lib. VI. Cap. 12. ait, apud omnes vox fuenesta est et crudelis, plenaque perfidiae:

*Pectore si fratris gladium, iuguloque parentis
Condere me iubcas, plenaque in viscera partus
Coniugis, inuita peragam tamen omnia dextra.*

Adeo etiam inhumanum nonnullis visum est caput illud iuris feudalis Longobardici, ut BALDVS OBERTVM DE ORTO et GERARDVM CAPEGISTVM, quasi auctores illius, duo pecora campi dicere, PETRVS autem DE TOVLLIEV in *Diss. de vasallo, dominum suum aduersus proprium patrem adiuuare non obligato,* (*Collectaneor. a IO. WOLBERS editor. p. 429.*) verba illa *et patrem* una litura delere haud dubitauerit, quod profecto factum haud oportuit. Quodsi enim NIC. HIERON. GVNDLINGIVS in *Iur. Nat. et Gent. Cap. 30. §. 9.* scribere potuit, non videri iuri naturali contrarium, si filius patrem in carcерem compingat, et tandem occidat, vbi is ius eripere quaesitum ex se nato tentauerit, aut turbas det, et reimplicam subuertere conetur, cui mirum videri debet, si vasallo, arctissimo cum seniore suo, patre fere adscititio, vinculo coniuncto, necessitatem, illum contra

tra omnes, immo ipsum patrem naturalem defendendi, impositam viderit? Estne officium, in quod sola nascendi conditio nos inscos nihilque sentientes collocauit, fortius ea obligatione, quam ipsi prudentes scientesque contraximus? Finge iam patrem tuum dominum itidem tuum directum bello laceffentem. An iniqua huius erit petitio, si tuum exegerit auxilium? Nonne recte is tibi, tuum neglecturo officium, illud CICERONIS pro *Sex. Roscio cap. 38.* occinet: *Cur mihi te offers, ac meis commodis, officio simulato, officis et obftas? recede de medio, per alium transfigam.* Neque vero ego filio vasallo necessitatem occidendi patrem imposuerim, neque imponit caput illud juris feudalis, in quo corrumpendo fese exercuit TOLLIVS. Adiuuare tantum vasallus debet dominum suum contra patrem, quamdiu vasalli personam sustinet. Si feudo se abdicare maluerit, modo id haud fiat intempestive, a necessitate domino auxilium praestandi liber erit. Etsi etiam retineat feendum, non ipse tamen in bello contra patrem venire debet, sed alium hoc casu mittere poterit. Apposite GVNTHERVS in *Ligurino Lib. 8. v. 608.*

Publicæ

*Publica militiae vasallus munera iustae
Non renuat, dominique lubens in castra vocatus,
Aut eat, aut alium pro se submittat iturum
Arbitrio domini, vel quem laudauerit ille
Compenset, redimatque suum mercede laborem,*

Sed, vt e diuerticulo in viam redeamus, adeo illa seruitii praestandi necessitas quam plurimis displicebat, vt, cum domini directi magnum cogere sperarent exercitum, haud raro solos se fereque a vasallis desertos videre cogerentur. Ille agrum aut quadrigam equorum se emisse, hic vxorem duxisse, atque ita impecdiri se dicebat, quo minus

— — — *Parthos feroceſ*
Vexet equeſ metuendus haſta,

alius, fere vt olim A N T. LABEO, excubitorem se numquam fuisse, esseque somnolentum, et quia sterrens ronchos duceret, excubiis agendis ineptum causabatur. Etsi nonnulli venirent inuiti, saepe tamen accidebat, vt aut molliculi aut rei militaris imperiti terga darent, hostibusque ridendi p̄aeberent occasionem. Exemplum illustre edidit militia subfeudalis regni Gallici, vltimum euocata a Ludouico XIV. tamque male accepta a milite Imperiali, vt ludibrio publico expōneretur,

neretur, ipsique Poetae Galici inde materiem ludendi sumerent⁵). Cum igitur seruitia illa militaria plementum
ruinque

5) Audi Abbatem REGN E-
RIV M D E S M A R A I S I V M
(T. I. des Poesies Françoises, Lips.
1753. p. 173.)

Mais le chemin devient moins
sale,

En approchant du village, où
La brave Noblesse d'Anjou
Fut une nuit troussée en male
Par une troupe Impériale.
L'Allemagne a fort ératé
Le mérite de cette aub. fe;
Par tout elle en a fait parade,
Comme d'un succès signalé:
Et ce que j'y trouve de pire,
En France même on a raitté
De l'Arriereban dépouillé.
Mais, après tout, que peut-on
dire

De cet enlèvement, dont on a
tant parlé?

Si non que la troupe ennemie
N'éroit pas beaucoup endur-
mie,

Et que l'Arriereban "n" éroit
guere éveillé.

Meminit huius rei etiam V O L-
T A R I V S (dans le Siecle de
Louis XIV. T. I. p. 214. edit. quae
Dresden 1753. prodiit,) his verbis:
Louis XIII. couvoqua une fois la
noblesse de son roiaume. Louis
XIV. suivit alors cet exemple.
Le corps de la noblesse marcha,

sous les ordres du marquis depuis maréchal de Rochefort, sur les frontières de flandre, et après sur celles d'allemande; mais ce corps ne fut ni considérable ni utile, et ne pouvait l'être. Les gentils hommes, aimant la guerre et capables de bien servir, étaient officiers dans les troupes; ceux que l'age ou le mécontentement tenaient renfermés, ne sortirent point de chez eux; les autres qui s'occupaient à cultiver leurs héritages, vinrent avec répugnance au nombre d'environ quatre mille. Rien ne ressemblait moins à une troupe guerrière. Tous montés et armés inégalement, sans expérience et sans exercice, ne pouvant ni ne voulant un service régulier, ils ne causèrent que de l'embaras, et on fut dégouté d'eux pour jamais. Ce fut la dernière trace dans nos armées réglées, qu'on ait vuë de l'ancienne chevalerie, qui composait autrefois ces armées, et qui avec le courage naturel à la nation, ne fit jamais bien la guerre. Ceterum conf. IACOBI DE LA
LANDE Traité du Ban et Ar-
riere Ban, in Meerm. Thesaur.
Tom. IV. p. 457.

rumque neque dominis directis neque vasallis grata essent,
 invaluit, ut aut parte fructuum feudi aut etiam pecu-
 nia redimerentur, de quo modo seruitiis militaribus
 sese liberandi 10. D A V. LÜDECKE de *adaeratione*
seruitiorum equestrium, COCCEII de *adoha*, STRAVCH
de hostenditiis vberius exposuerunt. Neque vero do-
 minis olim directis sufficiebat, habere vasallos, qui
 ipsi equo mererentur, sed opus etiam habebant ca-
 ballis, quibus ad vehendos carros impedimentaque bel-
 lica transportanda vterentur. Hunc autem maxime
 in finem inualuerunt feuda illa, de quibus dicere insti-
 tuimus, caballina, cum scilicet Principes aliquae qui-
 busdam feudum concederent ea lege atque conditione,
 ut ipsis caballum seu equum feudalem, quoties opus
 esset, sisterent atque praestarent, quamquam haud ne-
 gamus, dominos directos feuda eius generis consti-
 tuendo hos equos feudales praeter utilitatem bellicam
 interdum etiam aliis visibus, e. g. venationis, itineris,
 destinasse. Discriminis, quod equos illos, quibus va-
 falli ipsi seruitia praestabant, et viliores, quos caballos
 vocamus, intercedit, iam meminit HENR. COCCE-
 IUS in *Diss. de eo, quod insolum est circa rusticos in ma-*
teria feudalii, Cap. III. §. 17. Notanda, inquiens, dif-
 ferentia

ferentia equorum, qui vulgo Ritterpferde, et illorum, qui Lehnpferde dicuntur. Illos nobiles ex feudis nobilibus, hos rusticis ex suis fissere tenentur. Illi plerumque usui bellico, hi alii etiam non bellico adplicantur. His vasalli ipsi vel per substitutos insidere, his vero rusticis non debent, nisi aliter conuentum, itemque HENR. HILDEBRAND de equo sequelae, equestri, et feudali, Cap II. §. 2. ubi ita scribit: Sed non omnes statim equos, quos vasalli praestant, Ritter- und Adeliche Lehnpferde esse statuimus, quamvis omnes equos, quos vasalli dominis exhibere tenentur, feudales equos, Lehnpferde, recte denominari censeamus, — sed equos feudales, die Lehnpferde, non omnes ex feudis nobilibus, sed quandoque rusticis, ad alium usum, ut dominus ipse iisdem vel equitando, vel vehendo, tam pacis quam belli tempore, ut possit, dari constat⁶⁾). Sic autem multum utique differunt seruitia equestria, quae a vasallis ipsis cum equis armisque praestantur, quaeque olim caualcatae, aut scutagii nomine veniebant, a praestatione equi
feudalis

6) Discrimen inter Ritterpferde et Lehnpferde attigit etiam G. C. LEISER in *Jur. Georg.* pag. 137. neque Ill. GEO. LVD. BOEHMER. in *Prin. Iur. Fend.* §. 247. equi feudalis oblitus est.

feudalis, qui ita sisit, ut vasallo interim domi quiescere liceat, neque ipse vel vna hora

— — — pudicæ coniugis osculum

Paruosque natos

relinquere necesse habeat. Recte igitur de feudi **caballini** natura ita iudicauit IAC. GABR. WOLF in *Elem. Iur. Feud.* Cap. 18. §. 6. *A feudo nobili differt ea feudi species, quae vocabulo eines Klepperlehns designatur: nobilis etenim, qui feudum equestre possidebat, ex institutis feudalibus quondam ad seruitia personalia erat obligatus; vasallus autem, qui feudum posterioris generis tenebat, ad seruitia belliva personalia plane non erat obligatus, sed tantum ad equum vulgarem domino praestandum.* Neque vero sic errabimus, si hanc feudi speciem inter feuda ignobilia referamus. Quodsi enim hodie feendum nobile illud dicendum, quod nobilibus olim destinatum iura nobilitatis vel personalis **et realis** simul, vel saltem realis sibi cohaerentia, cum onere praestandorum seruitiorum militarium in vasallum transfert, ignobile autem, quod ignobilibus ab initio conferri solitum nulla plane nobilitatis, neque personalis neque realis iura habet annexa, cuiusque intuitu

intuitū nec hodie seruitia militaria praestantur, sed vel census, vel canon, vel alia praestatio annua exigitur, (conf. CAR. HENR. MOELLERI *Disiect. Feudal. Cap. III. Disct. 8.*) quis feudum, cuius possessio non ipse, sed cuius equus tantum domino seruitia praestat, inter ignobilia referre dubitabit? Vidi hoc etiam 10. PETR. DE LVDEWIG in *Obs. vom Klepperlehn* ⁷⁾), ubi ita scribit: der Nahme Klepperlehn wird deswegen gebrauchet, weil der Lehenmann statt seiner Lehen Dienste einen Rosklepper oder Heerfarthspferd zum Rosdienst zu stellen verbunden. Dieses Lehn wird also vom Ritterlehn dergestalt unterschieden, weil der Eigenthümer des letztern in Person zu dienen und aufzusitzen verbunden, der erstere aber vor weiter nichts zu sorgen, als dass er bey dem gemeinen Aufsitzen des Adels oder gemeiner Heerfarth einen Klepper oder gemeines Pferd dem Lehnherren zuföhre oder stelle. Folglich sind Klepperlehn nicht adelich, sondern bauerisch oder bürgerlich. Nachgehends dienet der Kleppermaun nicht selbst, sondern sein Klepper oder

7) Perbreuis haec LVDWI GII obseruatio exstat in eiusdem gelehrten Anzoigen T. I. p. 829. nec non in GOTTL. AVG. IENICHEN *Tkeſ. Iur. Feud. Tom. II.* p. 919.

oder Pferd. Quandoquidem autem eiusmodi feudum ignobile tantum est, inde facile colligitur, constituere illud posse omnes, qui potestate rerum suarum dominum in alium transferendi gaudent, cum contra feudum nobile concedere eius tantum sit, cui ius belli gerendi, aut aulam sibi instruendi competit. **M O E L L E R V S Cap. V. dicit. 9.**

Quaerenti iam, propriis ne an impropriis feudis annumerandum sit feuduū caballinum, occurrit quidem **I O. L A V R. F L E I S C H E R** in *Inst. Iur. Feud. Cap. V. §. 24.* Non est, inquiens, feudum francum, quando *vassalus ad certa seruitia praestanda tenetur, atque a quisbusdam saltem immunis est, cum in Germania feuda reperiantur, ratione quorum tantum praestatur ein Klepper vor den Koch, ein Artilleriepferd, ein Pferd vor den Rüstwagen.* Haec itaque, si sola seruitia excipias, in reliquis omnibus naturam feudi proprii retinent. Quodsi quis autem cum **M O E L L E R O** l.c. p. 69. omnia feuda ignobilia ad naturam iurium feudo vicinorum proprius accedere, ideoque in his potius, quam in veris feudis numeranda esse contendat, illum in **F L E I S C H E R I** sententiam haud facile concessurum esse, probe intelligo.

Anceps

Anceps porro est quaestio, an ad petendam quo-
uis casu renouationem inuestiturae possessor feudi ca-
ballini obstrictus sit? Qui enim ignobilium possessores
feudorum a necessitate renouationem inuestituae pe-
tendi immunes esse existimant, illi non possunt non
eadem necessitate etiam eum, qui feudum caballinum
tenet, absoluere. Sed recte docuit, quem modo lau-
dauit, **MOELLERVS Cap. XVII. Dift. 5.** omnem va-
fallum, cuiuscunque sit conditionis, nisi probare pos-
sit exceptionem, ad renouationem inuestiturae peten-
dam teneri. Quare cuin hac necessitate feudorum
rusticorum aliorumque ignobilium possessores legibus
haud soluantur, illi etiam feudi caballini participes
adstringendi esse videntur. Haud tamen negamus,
apud nos in Saxonia ignobilium possessores feudorum,
etsi renouationem inuestiturae iusto tempore haud
petierint, ideo iure suo haud cadere, ceu iam adno-
tauit **CARPZOVIVS P. II. Conf. 45. d. 21.** et, qui ei
adstipulatur, **HENR. COCEIVS I. c. Cap. IV. §. 5. 8).**
Restat vltima eaque praecipua, qua de nobis dispicien-

B 2

dum

8) Aliud tamen interdum di-
cendum de feudis, quae vulgo
Erbrichterlehne vocantur. **Conf.** **ILL. HOMMELII Rhap.**
Obj. 485. p. 768.

dum est, quaestio; an scilicet possessores feudorum caballinorum ab oneribus, quibus fundi allodiales subiacent, immunes sint? Affirmavit hoc IO. PETER DE LVDEWIG de feudo aliquo caballino, quod, ceu ille refert, partem olim constituit feudi nobilis, Meuffelwitz dicti, et tamquam subendum alii rursus ea lege concessum est, ut possessor domino directo supremo caballum aut eius loco quotannis viginti aeneae modios praeflare teneatur, additque LYDWIG GIVS, Ordinem Ictorum Hallensium anno huius seculi tricesimo quarto possessorem illius subfeudi a praestatione omnium tributorum vulgarium immunem indicasse ^{9).}

Ludwigio

9) Idque ait eum fecisse his
fere motum rationibus: „weil
„1) aus denen Urkunden erhel-
„lete, dass mehrre wehrter Klep-
„lehnhof von undenklichen Iah.
„ren her alle Steuerfreyheit und
„Gerechtigkeit, auch Immunität
„von der Landaccise und Gelei-
„ste, als die Rittergüther selbst,
„genossen, welches alles 2) daher
„röhre, weil solches Guth bey
„dem Landaufgeboth, oder Heer-
„fARTH ein Pferd oder Klepper
„zustellen, und bey Friedenszei-
„ten dafür 20 Schfl. Haber als
„Futtergeld zu entrichten pflich-

,tig, über dies 3) da dieses Guth
„von dem adelichen Ritterguth
„Meuffelwitz ursprünglich her-
„komme, auch die rechtliche Ver-
„muthung dahin gehe, dass fol-
„ches dem Eigenthümer als ein
„Aftterlehu mit der Beschwerung,
„den Klepper zustellen, und zu
„dessen Fütterung 20 Schfl. Hr-
„ber jährlich zu liefern, Aftter-
„lehnsweise ausgethan worden,
„ferner 4) gar nichts ungewöhn-
„liches sey, dass ein adeliches Rit-
„terguth zu Ritter- und Ross-
„diensten sowohl als noch auf-
„serdem zu Stellung eines Sat-
„st. pfer-

Ludwigio subscriptit IAC. GABR. WOLF l. c. Dari
vero, inquiens, adhuc hodie huius nominis feuda, ex
responso ordinis nostri apparet, quod insertum diurnis
Hallenibus, unde simul cognoscitur, quamvis eiusmodi
feudum non sit nobile, id ipsum tamen esse a tributis
vulgaribus immune. Evidem, et si de feudo illo,
cuius LUDWIGIVS meminit, cum de eius indole
atque natura mihi haud satis constet, nolim cum viro
docto contendere, nequaquam tamen omissia feuda
caballina ab oneribus communibus libera dicere, sed
contrarium potius, saltem quod ad feuda caballina in
Saxonia obvia attinet, nisi probari possit exceptio, de-
fendere audeo. Fluit autem hoc, ni fallor, ex ipsa
feudi caballini definitione, qua ignobile illud esse dixi-
mus, planeque ad stipulam R. MOELLERO l. c. p. 70.
ita distinguenti: *Possessor feudi nobilis, der Ritterhu-*
fen, quisquis fit, etiam ignobilis, praeter servitia mili-
taria ad alia onera prouincialia ferenda regulariter non

B 3

est

,telpferdes oder Stückpferdes ge-
,halten, welches letztere insge-
,mein denen Bauern mit etwas
,Land wieder lehnweise ausge-
,than zu werden pflege, dadurch
,aber 5) die Steuerfreiheit und
,andre Gerechtigkeiten, welche

,auf dem lehnbaren Grundstücke
,haften, der Person des Besitzers
,halber so wenig geändert oder
,verloren würden, als man de-
,nen Edelleute, die steuerbare
,Gürther kaufen, etwas an denen
,Steuern zu erlassen pflege.

est obligatus. Possessor contra feudi ignobilis, et iam si nobilis sit, oneribus tamen et tributis ordinariis perinde ac alii rerum immobilium, der steuerbaren Hufen, possessores, est subiectus. Neque me mouent argumenta a LUDWIGIO in medium prolata. Etsi enim illa fortasse tunc usum praestare possunt, quando constat, feudum aliquod caballinum tamquam partem feudi nobilis alicui in subfeudum concessum esse, propterea quod tunc, nisi quid obstat, naturae feudi principalis particeps est, nequaquam tamen ad regulam generalem inde repetendam sufficiunt. Etenim feudi ignobilis possessor eius intuitu exercitio iurium nobilitatis, praesertim realis, plane destituitur, nihilque eorum sibi vindicare potest. Iam notissima iuris Saxonici Electoralis regula est: welche Güter nicht mit Ritterdiensten, d. i. reisigen Knechten und pferden verdient werden, die müssen versteuert werden. Audi quoefo verba des Steueraufschreibens anno 1561. emissi (Cod. August. T. II. p. 1372). Die von der Ritterschaft sollen von allen ihren Lehngütern, welche mit Ritterdiensten belegt und verdienet werden, dieser Steuer halber gänzlich frey seyn, aber die Lehngüter, welche mit Ritterdiensten nicht belegt,

und

und verdienet werden, die sollen sie sowohl als die Erbgüther und werbende Baarschaft iedes Schock mit sechs Pfennigen versteuern, sie wären denn dessen von uns ausdrücklich anders befreyet — Welcher auch, wes Standes der sey, einen Ansitz oder andere Güther aufm Lande hat, darauf keine RITTERDIENSTE haften, so mit Pferden geleistet werden, der soll denselben seinen Ansitz samt seiner Zugehörung und andere Güther gleich andern seinen Erbgüthern versteuern — Da auch sonderliche Bürger Manlehen-Güther, so mit Pferden nicht verdienet, haben, davon sollen sie gleich andern ihren Güthern die Steuer geben, idque iisdem fere verbis repetitum in denen Steuerausschreiben, quae ann. 1565. 1576. 1582. et 1601. prodiere, et Tomo II. Cod. Aug. p. 1376. sequ. exhibentur ¹⁰). In eandem etiam sententiam saepius rescriptum esse, docuerunt me epistolarum principium seu rescriptorum, quae nuper in manus meas

B 4

vene-

¹⁰) Etiam editio, quod d. 26. Mart. 1726. prodiit, (T. II. Contin. Cod. August. p. 106.) sanctum, ne possessores derer ge-meinen Lehngüther und Lehngü-

richte, et si sint nobiles, a prae-statione tributi carnis pecudum impositi (der Fleischsteuer) im-munes sint.

venerunt, quaeque hic adscribere haud grauabor,
exempla.

Ac primum quidem in rescripto, die vltimo Fe-
bruari. 1566. ad Praefectum Vitebergensem dato,
legitur :

Weil auch der Schultz Güitter mit keinen Reisigen
Knechten und Pferden verdienet werden, wie
vnser Aufschreiben meldet, So wollest sie glei-
cher gesetz ihre Güitter versteuern lassen,

item in alio ad Praefectum Belzigensem eodem die
transmissio:

Weil denn solche Güitter alle mit keinen reisigen
Knechten noch Pferden verdienet werden', so
befehlen wir dir, du wollest den obbemeldten
Innehabern auflegen, bey Vermeidung der Hülf
die Steuer zu erlegen.

Ad Praefectum porro Schwarzenbergensem a. d.
13. Decembr. anni 1565. ita rescriptum fuit:

Lieber getreuer. Wir überschicken dir hiemit ein
Schreiben, daraus du zu vernehmen, was an
uns die Innhaber der Freien Hofe zum Eibenstock
vnd

vnd Sosau, der jungst zu Torgau bewilligten Landtsteuer halber haben gelangen lassen. Were es nun an deme, das sie solche freie Hofe mit Ritterdiensten zu wardienen schuldigk, solche Ritterdienste auch je vnd allewege in Feldzügen vnd Kriegsleuften mit tüchtigen reisigen Pferden vnd Knechten geleistet vnd vf die Musterrunge geschicket, so hetten sie sich nit unbillig vf vnser derhalben aussgegangen Ausschreiben zu berufen. Hette es aber hierumb eine andere Gelegenheit, rel.

Eodem fere modo an die Chur - Creys - Steuer-Einnahme a. d. 25. Maii 1583.

Do auch hiebeuorn der Comptur zu Dansdorf die Comptur gueter versteuert, so wollet die nochmals von Ime einbringen, dan ob er sich wohl of einen Diensten mit 2 Pferden und Herwagen beruffen thuet, so kan Ime doch der Herfarts-wegdienst mit zugehörigen Pferden nicht freien, sonst würden in vnsern Landen dergestalt viel gueter vor verdienet angezogen werden können.

Nec non Diuus Augustus a. d. 3. Iun. 1583. Senatum
Annabergensem ita compellauit:

Lieben getreuen, Ob ihr wohl in Euren Steuer- Register bey den vnderthanen des halben Dorfs Königswalde den Lehn Richter von deswegen, das er einen Lehen Klepper halten muss, steuerfrei angeben, so kan Ime doch solcher Lehen Klepper, derer sonst viel in unsren Landen hin und wieder gehalten werden, der Steuer nicht nehmen. Begeren derhalben himit, Ihr wollet die hinderstellige sowohl die künftigkellige Steuer zu den geordneten Fristen vnnachlestigk von Ime einbringen. Daran geschiehet vnsera Meinung. Datum Dressden den 3. Iuny 83.

Erunt fortasse, qui nobis hic occinant, quod in l. 2. et 3. C. de Leg. professi sunt Imp. rescripta scilicet non generalia iura esse, sed illis duntaxat negotiis atque personis, pro quibus promulgata sunt, legem facere. Etsi autem hoc lubenter iis largimur, nihil tamen inde sententiae nostrae decedet, propterea quod rescripta, quorum modo mentionem fecimus, partim generali nituntur ratione, partim nouum haud continent ius, sed anterius tantum declararunt atque confir-

confirmarunt, nemoque dubitat, id, quod Princeps per epistolam vel subscriptionem constituit, legis habere vigorem. *L. I. §. I. D. de Conf. Print. Confer. D. C. HVNTHV M de Rescript. Print. in Thes. Diff. Belg. Vol. II. Tom. 3. pag. 312.*


Quae cum ita sint, tantum abest, ut iis, qui feuda caballina generatim a tributis vulgaribus immunia esse contendunt, possimus adstipulari, ut potius, quod *COCC EIVS l. c. Cap. III. §. 4.* de omnibus feudis rusticis defendit, illa scilicet, licet a nobilibus possideantur, oneribus tamen solitis obnoxia esse, de feudis etiam caballinis, nisi singularis aliqua prohibeat ratio, dicendum esse videatur.

Ceterum, uti in Saxonia Electorali rusticci non iuris solum feuda equestria possidendi, sed simultaneae etiam inuestiture in illis acquirendae, incapaces sunt, (vid. Rescriptum d. 6. April. 1743. emissum, Tom. I. Contin. Cod. Aug. p. 1013. et lex nouissima de feudis, quae d. 30. April. 1764. prodiit, Tit. VI. §. 3.) ita contraria ex parte lege, d. 25. April. 1623. data, (Tom. II. Cod. Aug. p. 11.) fanticum, ne feuda rustica, aliaque rusticorum bona, in praefecturis sita, nobilibus ciuici-

que

que ordinis hominibus vendantur, sed in rusticos tantum transferantur. Nescio, an adiiciam, nec opinorari eiusmodi feuda sine consensu ipsius domini directi posse, neque adeo consensum solius praefecti sufficere. Conf. Edictum d. II. Novembr. 1730. datum, T. I. Contin Cod. August. p. 287.

Equidem multa habereim addenda, si exspatiari atque aliena admiscere luberet. Sed quia hoc secta mea haud patitur, *ἐπέχω.*



K1 ZZZ

ULB Halle
007 401 272

3



VDA8 91



Farbkarte #13

Centimetres

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



WTTMANNI

RIS LIPSIENSIS

E

ABALLINO

VVLGO

CRLEHN

CANT

RIBA

~

SIAE

E B R . C R V S I V M

LXXIII